

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deus b

cum fontibus proximo et primo

O uera summa suauitas,

omni suauitate dulcior,
sed non carni et sanguini,
omni luce clarior,
omni secreto interior,
omni honore sublimior,
sed non sublimibus in se!

Augustinus libro VI. confessionum.

O uera tu et summa suauitas

omni suauitate dulcior.
sed non carni et sanguini
omni luce clarior
sed omni secreto interior.
omni sublimior honore
sed non sublimibus in se.

Guillelmus de Curtracho (Guillaume de Courtrai)?, *Liber Florigerus Augustini*, 1 (Paris, Bibl. Maz. MS lat 753, fol.277v, ll.26-29).

Eiciebas enim eas a me,
uera tu et summa suauitas,
eiciebas et intrabas pro eis
omni uoluptate dulcior,
sed non carni et sanguini,
omni luce clarior,
sed omni secreto interior,
omni honore sublimior,
sed non sublimibus in se.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum libri XIII.*, 9.1 (CCSL 27, L. Verheijen ed., p.133, ll.16-19).